

H_z. Sigismund von Österreich an alle geistlichen und weltlichen Fürsten sowie Grafen, Ritter, Bürger und sonstige Personen. Er rechtfertigt sein Vorgehen gegen NvK. Ausführlich und mit literarischem Gestus erzählt werden die Umstände der Bischofserhebung des NvK, der Streit um die Reform des Klosters Sonnenburg, das grausame ‚Massaker‘ von Enneberg und die angeblichen Mordpläne gegen NvK und die Verhandlungen in Mantua.

Kopie (Anfang 16. Jh.): MÜNCHEN, StB, Cgm 975 f. 173^r-181^r (unvollständig).¹⁾

Em.: Voigt, *Enea Silvio III* 380; Joachimson, *Gregor Heimburg* 191 Anm. 1, 193 Anm. 2; Stolz, *Land und Landesfürst* 251f.; Grass, *Rechtshistoriker*, CGS 134.

Aufgrund des Incipits nahm die Forschung bislang einbellig an, es handle sich bei Nr. 6341 um die lateinische Version des Rundschreibens Nr. 6338. Der Textvergleich zeigt jedoch große Unterschiede im Detail und in der Gewichtung der Argumentation. Während in Nr. 6338 im Kern die Rolle des Herzogs als Landesfürst betont wird, steht in Nr. 6341 die Erzählung von Herrschaftsantritt und Herrschaftsführung des NvK als Bischof im Vordergrund. Da Nr. 6341 nur in einer späten Kopie erhalten ist, deren Text offensichtlich nicht zu Ende geschrieben wurde, liegt die Vermutung nahe, dass es sich hier um einen früheren Entwurf des Rundschreibens handelte, der dann womöglich doch nicht zur Versendung gelangte. Der Text ist in weiten Teilen literarisch stilisiert und von gesuchter Wortwahl, v.a. die dramatische Erzählung der Ereignisse um Sonnenburg und Enneberg (Z. 41-150).

Universis et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus, comitibus, baronibus, militibus, militaribus comitatum, rectoribus, civibus ceterisque personis ecclesiasticis et secularibus status, dignitatis seu ordinis cuiuscumque.

Sigismundus dei gracia etc. Reverenciam et honorem et gratam obsequendi voluntatem ac salutem etc. p(lurimam) dicit. Perlate sunt ad nos copie litterarum, in qui(bu)s Romanus pontifex falsis suggestionibus cardinalis Cusani inveterate maledictionis sue blasphemias in nos nostrosque acueri virusque suum exaggerare videtur, quasi nos in personam dicti cardinalis sacrilegium commiserimus, ac ob id iuste simus per ipsum anathematisati ac infamie macula notati.²⁾ Nos, ne famam nostram et inclite nostre domus gloriam crudeliter negligere videamur, novis livoris iaculis falsisque ac mendosis criminationibus veras defensiones obicere volentes, ipsius facti casum et rerum gestarum veritatem luculenter enar(r)abimus, ut si habeat cardinalis, quod hinc contradicat, in medium id proferat, quatenus uniuscuiusque nostrum virtus aut viciū dilucide clarescat. Et cum apostolo Conrinthiis scribente confiteamur: „Expedi michi magis mori quam ut gloriam meam quis evacuet.“³⁾

Ecce cardinali Cusano per quondam pape Nicolai creato mox ad ecclesiam Brixinensem contra electionem de persona ydonea factam instituto⁴⁾ ac deinde per Germaniam legato a latere deputato⁵⁾, nos ipsum falsa mendosaque fama permoti, qua nedum nos, sed totam fere Germanicam nationem seduxit et infinita florenorum milia sub utilitatis publice velamento fallaciter extraxit⁶⁾, ad ipsius ecclesie possessionem nedum admisimus, quinymmo clementer induximus in illam. Ipso vicissim auctore quondam Friderico archiepiscopo Salsburgensi⁷⁾, Brixinensis ecclesie metropolitano, nobis despondit sese gesturum erga nos et terras nostras, quemadmodum predecessores sui episcopi Brixinenses ges(s)erunt

19 metropolitano: em. metropolitano.

1) Zur Hs. s.o. Nr. 6182 Anm. 1.

2) S.o. Nr. 6281 (1460 August 8). In der Appellation vom 9. September 1460 behauptet H_z. Sigismund, die päpstliche Bulle nicht erhalten zu haben; s.u. Nr. 6347 Z. 26-28.

3) 1 Kor. 9,15.

4) NvK wurde am 23. März 1450 von Nikolaus V. trotz der Wahl des Leonhard Wiesmair mit dem Bistum Brixen providiert; s.o. Nr. 872-874, 879f., 906-908, 940.

5) Zur Legationsreise 1451/52 s. AC I 3a und 3b, passim.

6) Angesprochen ist der Verdacht auf Veruntreuung der in Deutschland eingesammelten Ablassgelder; s. dazu oben Nr. 2599 Anm. 5, Nr. 3150 Anm. 10.

7) Friedrich IV. Truchsess von Emmerberg, Eib. von Salzburg (1441-1452).

ac gerere debuerunt.⁸⁾ Extant eius conventionis munimenta ipsius archiepiscopi ac quondam Silvestri Chyemensis episcopi⁹⁾ sigillis obsignata de anno etc. li.

Credidimus quidem ipsum beneficiis nostre protectionis illexisse, ut nil nisi de gratitudine repensandi beneficii erga nos nostrosque iugiter haberet cogitare. Ipse vero beneficiorum nostrorum ingratus
25 extimator censebat pacem et tranquillitatem, qua sub clipeo nostre protectionis fruebatur, sibi quadam eminentia sue dignitatis illuxisse. Irritas existimando conventiones respectu introitus sui in ecclesiam Brixinensem a se factas, quas alioquin fortasse facturus non fuisset seque illis non aliter obligari, nisi quatenus et preter illas de iure fuisset obligatus. Cum autem exinde sibi nonnullae difficultates imminerent, tandem sua sponte rediit ad illud, quod iampridem declinare paravit. Cumque iam constaret capitulo et
30 vasallis ecclesie Brixinensis comites Tyrolis ante centum annos ac diu ante ingressum nostre stirpis Austrie in comitatum supradictum et nonnullarum vicinarum ecclesiarum advocatos indubitatos extitisse¹⁰⁾, simul ac ipsa verum experientia edocuisset, episcopum, capitulum universumque clerum et populum secularis ditionis Brixinensis in personis ac rebus suis absque tutela et protectione comitis Tyrolis per tempore diu non posse subsistere, innovata est conventio supradicta capitulo suo annitente et
35 inprimis ipse cardinalis nos in advocatum et protectorem suum et ecclesie Brixinensis, prout iure sumus, recognovit. Deinde nobis, quoad uterque vixerimus, cum omnibus castris, terris, hominibus, iuribus et attinentiis ecclesie Brixinensis adversus omnem hominem assistenciam repromisit nosque illi ac capitulo Brixinensi protectionem omnium rerum et iurium suorum fideliter repromissimus, duabus terris, que non intra limites comitatus nostri Tirolis, sed in Carentana sunt situate, dumtaxat exceptis.¹¹⁾ Extant huiusce
40 recognitionem munimenta ipsius cardinalis et capituli Brixinensis sigillis roborata de anno etc. liiii¹⁰.

Tali quidem nostre protectivis scuto cardinalis incrassatus, inpinguatus, dilatatus sub pretextu religionis secularum per suam diocesim ambivit potestatem. Ut ecce cum templorum vel ecclesiarum annua dedicatio commemoratur, mos est propter confluxum populi nundinas celebrari. Illico, ne tumultus surgat, signa figuntur, suspenduntur vela regia, nonnulli etiam armati procedunt irenaree, qui protectores seu
45 defensores nuncupantur. Alii choreas ducunt. ‚Trahit sua quemque voluptas.‘¹²⁾ Cardinalis simulata religione nephas esse dixit divinis laudibus secularia negotia adiuvare, sed ecclesiasticis censuris ecclesiastica sacra oportere defendi.¹³⁾ Illam scilicet ecclesiasticam censuram vibrans in eos, qui secularia opera inibi exercent, ut ipsum ius secularis advocacionis supprimeret, visitationes insuper ecclesiarum instauravit et quisquis clericorum regularium vel secularium precipue autem monialium sue non paruit voluntati.
50 Hunc nedum appellatione contempta personaliter distrinxit, quin etiam vetuit, ne coloni, censiti vel emphiteote sibi de censu responderint.¹⁴⁾ Illi econtra suffragio secularis potestatis exegerunt. Hinc ipse cardinalis occasione conficta palam questus est se in exercicio sue iurisdictionis et executione pontificalis officii per secularum potestatem impediri. Nos attendentes huiusce querelas ad nostram spectare providentiam, ipsi cardinali de plena securitate providimus iungendo sibi personas clientele nostre, quorum
55 opera et diligentia nostra etiam auctoritate per diocesim Brixinensem circumeundo officium pontificale libere et secure adimplere valeret, dummodo nostra secularia principaliaque iura non attingeret. Sed neque adhuc conqueri cessavit, sed in quandam arcem secessit¹⁵⁾, fingens se inibi propter insidias sibi, ut falso asseveravit, etiam a potentissimo viro structas devitescere. Nomen vero nostrum aliter non expres-

46 censuris: *em. censuras.*

⁸⁾ S.o. Nr. 1105 (1451 März 15).

⁹⁾ Silvester Pfleger, B. von Chiemsee (1438-1453).

¹⁰⁾ Vgl. oben Nr. 6340 Anm. 4.

¹¹⁾ S.o. Nr. 3788f. (1454 Januar 13).

¹²⁾ Vergil, *Bucolica* II 65.

¹³⁾ S.o. Nr. 4365 (1455 Mai 20). Die Einschränkungen für die Prozessionen und Tanzveranstaltungen an Festtagen führte zum Streit mit Kaspar von Gufidaun, dem Hauptverantwortlichen für die Hinterhalte gegen NvK im Juni/Juli 1457; s.o. Nr. 5559f., 5588.

¹⁴⁾ Hier nur angedeutet: der Streit mit dem Kloster Sonnenburg, in dessen Verlauf NvK Boykottmaßnahmen gegen das Kloster anordnete. S.o. Nr. 4647 (1456 Januar 10).

¹⁵⁾ Zum Exil in Buchenstein s. AC II 6, *passim*.

sit et idcirco universum clerum sollicitavit super observantia ecclesiastici interdicti vigore iurium super episcoporum captura promulgatorum.¹⁶⁾

60

Nos autem a suis mandatis appellavimus et clerus nostre appellacioni promptus ac libens adhesit.¹⁷⁾ Cardinalis sentiens sua mandata viribus vacua, tandem a papa Calixto penalia mandata falsis suggestionibus surripuit, elicit et extraxit, quibus et nobis precipiebatur ipsi cardinali de securitate provideri ac tali, de qua ipse contentus esset.¹⁸⁾ Nos sibi litteris nostris solempnibus in ecclesia Brixinensi publice affixis ac per tabellionem insinuatis de securitate providimus, de qua quisque merito contentus remansisset.¹⁹⁾ Cum autem ipse contentationem insertam captiosius accepisset, nos ad papam rursus appellavimus, clero iterum annitente.²⁰⁾ Cardinalis respondit gaudere se, quod causa esset ad Romanam curiam devoluta seque causam inibi prosecuturum gloriatus est.²¹⁾ Attamen synodum cleri dolose convocavit et eis, qui se adhesionem nostre subscripserunt, crisma denegavit.²²⁾ Insuper et curatis presbiteris iniunxit, quatenus in confessionibus parochianorum suorum audiendis caute percontarentur, si quasquam eorum de insidiis cardinali forte structis aut in colloquiis aut consusurracionibus hominum quicquam percepisset.²³⁾ Erant autem vita moresque cardinalis et aulicorum suorum iam vulgo notati et taliter observati, ut quisquis aliquid pensi haberet, satis compererit omnes eius actiones religionis simulatione velatas, ambitione vero plenissimas, et icirco de ipso quidem multa sussurabantur. Non nichil etiam in communibus psallebatur, propter quod simplices peccata sua confitentes ac putantes se ad omnia confessorum interrogatoria respondere teneri, quevis audita vel opinata cum personarum circumstantiis explicuerunt.²⁴⁾ Prespiteri autem de mandato cardinalis eis persuaserunt, quatenus in presentia tabellionum et testium profiterentur quicquid ipsis de hac re videretur, neque enim aliter eos absolvi posse comminabantur, quia soli pape talis esset auctoritas reservata. Esse autem ipsum cardinalem hominem pium et propicium, qui etiam proprio sumptu paratus esset eis absolucionis beneficium procurare, quod alioquin maxima pecunia comparare oporteret. De his omnibus extant littere ipsius cardinalis manu scripte ac suorum officialium littere suis litteris responsales, quibus ipsa confessionis sacramentalis sinceritas in dolosam prodicionem verti iubetur et paritio suorum in prodendis sacramentibus secretis clare detegitur et quod multo perversius est vanitas etiam pro veritate ab impudici)s blandichiis ac nimis elicit vel extorta prohibetur.²⁵⁾

65

70

75

80

85

90

95

Interea nonnulli consiliarii nostri pietate singulari permoti sese interposuerunt petentes a cardinali, quatenus aperiret vias, quibus sue securitati congrue provideri posse existimaret. Nam si decenter practitari posset, se interventuros sponponderunt ac impetrare posse dicebant, quicquid honeste postularetur, quatenus ipse a suis querelis desisteret et omnia inter nos utrumque tranquilla forent. Tunc cardinalis ambitionem diu celatam detexit talem viam aperiendo, ut scilicet castra nostra Volturum, Gofedanum et Rodeneck, que a castellanis pro quibusdam pecuniarum summis assignata tenentur et ascripta sibi cardinali pro huiusmodi summis assignando adscribi faceremus.²⁶⁾ Hem, hec illa securitas, anhelatio et aspiratio forciorum principatus nostri Tyrolis, qua quisque situationem bene novit, facile deprehendit, quorsus evaderet illa securitas. Extant et huius rei scripta manibus cardinalis exarata, quibus se nititur excusare considerationem avaricie, sed dumtaxat securitatis sue causa pecierit. Ex artis amatorie doctrinis hec fortasse disciplina manavit, que sic habet: O mi anime, non ut quicquam rerum tuarum concupiscam, hec encenia peto, sed ut eorum assidua contrectacione iugis sit aput me tui memoria. Sed nondum incessit nobis hec infamia, ut ipsius cardinalis securitatem cum periculo status nostri mercemur neque id fideles subditi nostri sustinerent. Dum autem hec aguntur fatalis annus appellacionibus prosequendis a

¹⁶⁾ S.o. Nr. 5517.

¹⁷⁾ S.o. Nr. 5419 (1457, Mitte Dezember).

¹⁸⁾ S.o. Nr. 5397 (1457 November 12).

¹⁹⁾ S.o. Nr. 5490 (1458 Februar 6).

²⁰⁾ S.o. Nr. 5489 (1458 Februar 6).

²¹⁾ S.o. Nr. 5536 Z. 23-25.

²²⁾ Wohl gemeint: die Klerusversammlung in Brixen vom 22. Februar 1458; s.o. Nr. 5517.

²³⁾ S.o. Nr. 5517 Z. 10-16.

²⁴⁾ S.o. Nr. 5890, 5906.

²⁵⁾ Zum Vorwurf der Verletzung des Beichtgeheimnisses vgl. den materialreichen Überblick bei P. Browe, *Das Beichtgeheimnis im Altertum und Mittelalter*, in: *Scholastik* 9 (1934) 1-57.

²⁶⁾ NvK versuchte die vom Hochstift Brixen verpfändeten Burgen Felthurns, Gufidaun und Rodeneck auszulösen; s.o. Nr. 5372, 5387.

iure prefinitus elabatur, nisi quantum a iure propter amicales tractatus intervenientes supputatur, qua
 100 eciam equitate permotus papa Pius biennium novum pro fatali concessit²⁷⁾, cuius extant littere bullate
 ipsi etiam cardinali insinuate, cuius iterum sunt publica documenta. Quibus omnibus spretis cardinalis
 continuo mandat interdictum observari, cuius extant desuper littere sigillate. Tanta enim libido illi incessit
 diurni cultus supprimendi, ut iam perhibitionem apostolicam omni publica auctoritate sibi adempta,
 nihilominus ut mere privata persona dei cultum saltem de facto opprimere temptaret.

105 Infinita sunt ipsius ambitionis argumenta coniecturalis, sed nimium prolixa relatu. Unam tamen factiosi
 hominis concrimacionem, quam inter hec molitus est ob machinationis argutiam et insignem facinoris
 crudelitatem cogimur enarrare: Est in conspectu castri Brunecke ecclesie Brixinensis loci precipui
 cenobium monialium in modum arcis eminens et loci natura et manuum opera munitum et ornatum,
 nobis autem advocacionis iure commendatum. Vulgus Sunneburg vocat. Advocacionem eius plerique
 110 Brixinenses episcopi loci forte oportunitate adhortante ambierunt, sed frustra conati. Nos autem ex
 preteritis suspicantes, quociens cardinalis sub pretextu correctionis ac reformationis manum apposuit,
 superintendimus attentiore cura, ne sub pontificalis officii velamento secularem attingeret potestatem.
 Deinde nobis Wiennam Austrie commigrantibus²⁸⁾, ut flebilis memorie regem Ladislaum patrualem
 quondam virum ad huc in humanis agentem²⁹⁾ viseremus, tum cardinalis oportunitatem sibi temporis
 115 advenisse ratus visitationem cenobii calide instituit.³⁰⁾ Unico enim processu excommunicationis ac
 privationis penas efflavit, nisi constitutio pape Innocentii super clausura cenobiorum³¹⁾ et egrediendi
 facultatem promulgata observaretur, tanta festinatione precipitans, quo reditum nostrum in provinciam
 nostram censurarum fulminatione preveniret reservata sibi facultate tum egressionem concedende, tum
 eciam adiungende comitive ut haberet, in quo severitatem mitigaret laxaretque rigorem. Et iam nimis tum
 120 non blanditiis advocatiam a precessoribus suis frustra concupitam adipisceretur, abbatissa dolos cardina-
 lis olfaciens et ne post primam victoriam alia deinceps sibi prelia nascerentur, noluit contra singula ipsius
 cardinalis molamina dimicare, sed toto potius agmine decertare. Idcirco se cum sororibus universis
 perfecte reformationi et integrali observantie regulari obtulit ac submitit, hac unica cautela tanquam
 congressione simultanea et instructa, iam acie ordinata omnes particulares aut insidiosas infestaciones
 125 repellere sperabat. Quid multa contra argutiam certat, astucia postulat cardinalis interponi caucionem
 super observantia premissorum illamque litteris ac sigillis corroborari, ne sibi desit oportunitas calump-
 niandi. Abbatissa laqueos sibi tendi suspicans cardinalem, aliquid monstri alere³²⁾ coniectans in terminis
 statuti iuris se continens, quod amplius exigebatur prebere, rite contempsit, cardinalis furis succensus et
 ira privacionis sententiam in abbatissam continuo promulgavit.³³⁾ Abbatissa autem appellante totoque
 130 conventu adherente, cardinalis, cum de iure non posset, de facto saltem illam persecutus est, abbatissam
 aliam instituendo³⁴⁾ ac vetando, ne coloni, censiti vel emphitheote abbatisse de facto a se destitute vel
 conventui de censibus seu redditibus quovismodo respondeant³⁵⁾, ea fiducia fretus, quod non parva pars
 reddituum cenobii supradicti in quadam valle secularis districtus ecclesie Brixinensis situata est, que vulgo
 Eneberg nuncupatur. Ex adverso autem abbatissa et conventus tum suo tum etiam communi ipsius
 135 comitatus Tirolis iure confisi, colonis diem dicunt, quo quisque retardata persolvat.³⁶⁾ Alioquin per
 capturam pignorum more patrie ab omnibus exigantur. Die prestituto abbatissa et conventus mittunt

107 cogimur: *em. cegimur.*

²⁷⁾ S.o. Nr. 6084 (1460 Januar 1).

²⁸⁾ HZ: Sigismund reiste im Frühjahr 1455 zu Verhandlungen mit Kg. Ladislaus von Böhmen und Ungarn nach Wien; s.o. Nr. 4343 Anm. 4.

²⁹⁾ Ladislaus starb am 23. November 1457.

³⁰⁾ Die Visitation des Klosters Sonnenburg wurde am 4. März 1455 mit der Visitationscharta Nr. 4248 abgeschlossen.

³¹⁾ Gemeint ist wohl die Dekretale ‚Periculoso‘ Bonifaz VIII. von 1298, die die Nonnenklausur vorschrieb; s. VI 3.16.1, ed. Friedberg II 1053f.

³²⁾ Terenz, Andria, I, 5, 15.

³³⁾ S.o. Nr. 4430.

³⁴⁾ Gemeint ist die Einsetzung der Sonnenburger Dechantin Afra von Velseck als Verweserin des Klosters Sonnenburg; s.o. Nr. 4643 (1456 Januar 8).

³⁵⁾ S.o. Nr. 4647 (1456 Januar 10). Mit ähnlichem Wortlaut nochmals unten Z. 131f.

³⁶⁾ Zum hier geschilderten bewaffneten Zusammenstoß in Enneberg am 5. April 1458 s.o. Nr. 5591-5596.

exactores circiter xl.³⁷⁾ Quidam officialis episcopi Brixinensis Gabriel Prack³⁸⁾ col(l)ectis undique viris tumultuariis missos exactores inter angustias circumvenit ipsosque tela iacula omniaque arma abiicientes insuper et palmas in celum tendentes seque vel in deditionem vel ad iudicarias manus suscipi deprecantes, crudeliter occidit ac recenti cesorum sanguine madens cursim ad cardinalem festinavit, quatenus huiusce
140 tam insignis crudelitatis nuncium sibi primus obiiceret nec ipsum spes impia fefellet, quia cardinalis ipse pro tam grato nuncio vinum iussit afferri et prebito sibi potu poculum argenteum deauratum in precium sceleris dono dedit.³⁹⁾ Porro, ne ullius impietatis exors remaneret, corpora cesorum nedum ecclesiastica sed et campestri prohibuit sepultura, ut poneret eorum morticinia escam volatilibus celi et carnes eorum
145 bestiiis terre. Nec cinerem cineri reddi permisit, quin et ultimam pietatem illi debitam impie fraudavit, quam nulla unquam gentilitas seu barbaria violavit.

Sed neque crudelitatem patrati facinoris hoc colore pallire potest. Quasi abbatissa priore iam rite destituta non licuerit redditus monasterii captura pignorum extorquere, quia post hec omnia perpetrata cardinalis cessione prime abbatisse recepta cum pensionis assignatione terciam instituit.⁴⁰⁾ In quo tacite confessus est priorem abbatissam numquam rite fuisse destitutam.
150

Nos autem a patruele nostro reversos et ardore vindicte succensos alia preoc(c)uparunt, quibus incendimus animum.⁴¹⁾ Interea patrueles nostri carnis debitum ex(s)olvit⁴²⁾, ut denuo in Austriam nobis redeundum esset.⁴³⁾ Ita continuo alterum ex altero negotium emersit et res ipsa refrexit. Rursus autem ex Austria revertentes accepimus Romanum pontificem hunc electum esse, qui nostro quondam beneficio accedente nec parum sibi opitulante cardinalis antea creatus fuerat.⁴⁴⁾ Unde nobis parata erat fiducia,
155 quod ipse flagicia cardinalis sui non negliget emendare, conatus etiam audacie sue iusta moderatione frenaret. Qui mox ut cathedram pontificalem conscenderat, conventionem sub pretexto publice expeditionis contra Turchum ad civitatem Mantuanam instauravit. Ad quam et nos adhortati, tum etiam pia fiducia freti, quod ipse beneficiorum nostrorum gravior futurus esset, animum induximus proficiscendi aliorum etiam principum adventum prestolantes, quorum opere speravimus audaciam cardinalis per
160 papam condigna animadversione puniri nostreque innocentie oportune provideri.⁴⁵⁾ Itaque crudelitatem facinorum eius sustinuimus pacienter. Ipse vero dolos suos exactos per singulos curatos presbiteros factionis sue complices iussit instrumenta publica fabricari de hiis, que tum minis tum vero blanditiis a confitentibus in forma penitentie sacramentalis elicuerunt vel episcati sunt.⁴⁶⁾ Extant prodigionum huiuscemodi munimenta sed et viva testimonia capituli Brixinensis. Nam quidam eius sacrilegii princeps
165 Conradus Possinger⁴⁷⁾, ipsius cardinalis in spiritualibus vicarius, per capitulum ad rationem positus respondit se id facere mandato cardinalis, cuius etiam extant epistule talis factionis commendaticie.

156 negliget: *em.* negligent. 162 exactos: *em.* exacuos.

³⁷⁾ Die Zahl der von der Abtei Sonnenburg ausgesandten Söldner, hier als Abgabensammler (exactores) bezeichnet, wird in den Quellen meist höher angegeben; vgl. den Bericht des NvK Nr. 5591 Z. 33f. (78 Söldner). Die hier genannte Zahl dürfte auf die Berichte über die Opferzahlen zurückgehen, deren Angaben zwischen 40 und 57 oszillieren; s.o. Nr. 5737 Anm. 6. Die Zahl von 40 Opfern ist auch in dem herzoglichen Rundschreiben an den Dogen von Venedig und den Herzog von Mailand enthalten; s.o. Nr. 5595 B. Die Formulierungen der beiden Rundschreiben stimmen in diesem Abschnitt weitgehend überein.

³⁸⁾ Gabriel Prack, damals Hauptmann zu Thurn an der Gader.

³⁹⁾ Zur Episode mir dem vergoldeten Becher s.o. Nr. 5595 A Anm. 6.

⁴⁰⁾ D.h. die im April 1459 eingesetzte Äbtissin Barbara Schöndorfer; vgl. oben Nr. 5903, 5908, 5912.

⁴¹⁾ Hz. Sigismund kehrte Mitte Juli 1455 aus Wien nach Innsbruck zurück; s.o. Nr. 4432.

⁴²⁾ Kg. Ladislaus starb am 23. November 1457 in Prag.

⁴³⁾ Die zweite Reise Hz. Sigismunds nach Wien dauerte von Mitte April 1456 bis Mitte Mai 1457; s.o. Nr. 5226 Anm. 1, 5233.

⁴⁴⁾ Hz. Sigismund kannte den neuen Papst Pius II. (Enea Silvio Piccolomini) aus seiner Zeit am Kaiserhof; vgl. oben Nr. 6045 Anm. 6. Dass der Herzog entscheidenden Anteil an der Kardinalserhebung Piccolominis (im Mai 1453, zunächst im Gebeimen) gehabt hätte, ist sonst nicht bekannt. Vgl. Nr. 3463, 4781; D. Henderson, Die geheime Kardinalskreation Enea Silvio Piccolominis durch Nikolaus V. im Jahr 1453, in: *QFLAB* 91 (2011) 396-415.

⁴⁵⁾ Zu den Verhandlungen in Mantua im November 1460 s.o. Nr. 6044f., 6050-6055.

⁴⁶⁾ Vgl. oben Nr. 5666, 5906.

⁴⁷⁾ Konrad Possinger, Brixner Domberr und Kommissar des NvK.

Principibus autem Mantuam personaliter adire cessantibus, nos veteris familiaritatis cum Romano pontifice olim in minoribus quinymmo extrema egestate constituti degentes contracte fiducia freti, simul
 170 etiam, quod eius promocioni non parum fuimus opitulati, hortante insuper loci vicinitate, Mantuam profecti sumus de hiis omnibus coram pontifice tractaturi. Causa vero in tractatum inibi recepta nichil nobis potius fuit quam nostram et inclite stirpis nostre gloriam conservare. Ideoque a criminosis scripturis per cardinalem contra nos editis exorsi sumus, in quibus ipse cardinalis nos com(m)inatus est, qualiter vite sue clam insidiati fuerimus seque ob id in arce Puchenstain in extremis finibus comitatus nostri
 175 Tirolis situate delituisse.⁴⁸⁾ Unde sibi liber exitus pro exercicio officii pontificalis minime suppeditet et quia pontificatus tamquam fons et apex totius officii sacerdotalis conclusus sit et obstrusus, non posse vel debere sacerdotes sue diocesis velut tostos et inanites rivulos ecclesiastica sacra derivando peragere vel exhibere. Petentes hanc diffamacionis sue notam auferri et ante omnia nobis emendari, ipse vero primum inficias (non) inire, nos vero id constantius asseverare, ipso autem non minus inficiente
 180 epistulam manu eius scriptam produximus, qua ipse presbiteris et curatis sue diocesis scripsit asseverans se in rocha Bucenstein metu potentissimi, qui in hiis terris esset⁴⁹⁾, confugisse ac inibi latitare neque sibi esse securitatem pastoralis officii exequendi ideoque fonte precluso rivos ces(s)are, quinymmo ecclesiasticum interdictum esse servandum.⁵⁰⁾ Manu autem ipsius cardinalis recognita aliam excusacionem preten-
 185 dit dicens se huiusce verbis nostram non denotasse personam. Cum autem ex circumstantiarum adiectio-
 nem constaret nostram personam nomine quam proprii nominis expressione designatam esse rursus variavit dicens numquam se negasse, quin nostram personam tali expressione denotasset, sed dumtaxat dixisse, quod nos proprio nomine minime nuncupasset. Nos ergo falsam criminationem eius emendari postulavimus.

Ipse autem interea postulavit a nobis sibi tradi: peciit mineras salis et argenti per inferiorem et superio-
 190 rem sibi tradi, nonnulla castra, terras, fortias et loca nostra ab ecclesia Brixinensi in feudum dependentia et ob non susceptionem vel agnicionem feudi infra tempus lege prefinitum, ut asseruit, commissa. Nos econtra nichil horum in commissum cecidisse neque moram per nos fuisse commissam, sed per eum stetisse, quo nos more prisco, prout genitor noster ceterique maiores nostri a predecessoribus eius investiti fuerant⁵¹⁾, investire recusavit, plura alia sibi feudalialia pretendens, que a maioribus nostris
 195 nobisque, quantum ad ecclesiam Brixinensem attinet, allodialiter possedimus et possidemus, ac ne ex silentio diuturno quicquam ecclesie deperiret, parati fuimus omnia feuda vel a genitore vel a maioribus nostris recognita nominatim in feudis suscipere cum adiectione clausule generalis, scilicet: 'et omnia alia feuda, si qua possidemus, qui ecclesia Brixinensi dependeant'. Ipse vero spreuit oblacionibus nostris hoc
 200 amplius Eni valles cum nonnullis castris, terris, arcibus et fortiis, quas ad ecclesiam suam veteri iure spectare pretenderat et in summa se ducem ac principem secularum per diocesim Brixinensem esse contenderat⁵²⁾, nos profecto causam et honoris et fame precipuam fore rati. Ille figmenta sua priore loco censuit pertractari, licet autem luce clarius compertum habeatur comitatum Tirolis plus quam centum ac
 ducentis annis ante ingressum inclite stirpis Austrie in illum tenuisse et terras ac mineras supradictas.

Nos tamen, ne contra singulas ipsius cardinalis fictiones et ridiculas vanationes sigillatim contendere
 205 cogeremur vias iudicialis experimenti passim ac sine delectu exhibuimus. Tandem interventu Romani pontificis eo decursum est, quod quia cardinalis responderit se in litteris a se emissis nostram personam non denotasse, nos de hoc debeamus merito remanere contenti. Item quod nos recognoscamus et in feudum recipiamus a cardinali nominati(m) illa feuda, de quibus constat, adiecta generali clausula, quod si
 210 qua plura ab ecclesia Brixinensi dependentia a nobis possideantur, illa eciam recognita et recepta censeantur. Item quod pactiones et federa inter nos et cardinalem inita et conscripta irrita permaneant. Si qua vero parcium illis contraventum esse contenderet, reparetur hoc iuxta formam federum coram arbitris

210 conscripta: *folgt gestr. rata. Diese Lesart ist inhaltlich passender als das stattdessen im Text stehende irrita.*

⁴⁸⁾ Die Vorwürfe gegen Hz. Sigismund sind am deutlichsten ausgesprochen in Nr. 5528 Z. 56-59 (1457 Dezember 31).

⁴⁹⁾ Die Formulierung, hier wohl als Zitat gemeint, findet sich in keinem der erhaltenen Briefe des NvK.

⁵⁰⁾ Vgl. Nr. 5500 Z. 11f.

⁵¹⁾ Vgl. das von NvK häufig zitierte Lebensrevers Hz. Friedrichs IV. von Österreich vom 17. Dezember 1438; s.o. Nr. 4008 Anm. 4.

⁵²⁾ Diese Ansprüche entwickelte NvK ausführlich in seinen rechtshistorischen Abhandlungen. Vgl. v.a. Nr. 5470.

inibi designatis.⁵³⁾ Item quod tam nos quam cardinalis iurisdictiones nostras absque alterutrius nostrum impedimento libere exerceamus. Hec compositio rata esse debuit et durare ad vitam utriusque nostrum. Alterutro vero nostrum decedente superstes vel successor poterit ius suum proseguire, nulla sibi obstante prescriptione temporis, quod a die illa cum currente usque ad finem illius tunc conducti compositionis 215 effluxisset.

Postremo super clade ac cedibus hominum, ut prefertur, dictum fuit, quod nos et cardinalis, quo ad hoc debeamus inter nos manere concordēs. Sin autem heredes occisorum aut quivis alius necem proseguere voluerit, id nostram concordiam minime ledat vel contingat. Talia capitula postulante Romano pontifice nostri parte sibi tradita fuere copia eorum apud nos remanente, nullo tamen signo vel sigillo roborata vel 220 obsignata.⁵⁴⁾

Nos itaque omnia, que nobiscum agebantur, habentes suspecta, ne nobis quicquam imputari posset, in conspectu pontificis et cardinalis obtulimus stare iuri in omnibus causis ecclesiasticis seu spiritualibus coram papa, in causis vero secularibus coram imperatore Romano et hoc amplius nullum competens iudicium declinare. Et ita discessimus a tractatu. Cardinalis vero rediens ad castrum Buchenstein dolos 225 veteres innovavit.⁵⁵⁾

⁵³⁾ *D.b. das in Nr. 3788 (1454 Januar 13) vereinbarte Schiedgerichtsverfahren.*

⁵⁴⁾ *HZ: Sigismund reiste am 29. November 1459 überraschend aus Mantua ab, bevor die offenbar bereits ausgehandelte Vereinbarung besiegelt werden konnte. S.o. Nr. 6059.*

⁵⁵⁾ *Zur Rückkehr des NvK über Buchenstein nach Bruneck, s.o. Nr. 6108.*